



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

16. Dies Decemb. In quo non est peccatum, ipse venit auferre peccatum.  
S. August. tract. 4. in epist. Joan.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

1006 Christiani Militis Decemb.  
necessarium est nobis, humiliis, afflictos & inopes-  
se. Christum imitari, non est aliud, quam quod ipse  
estimavit, illa estimanda existimare: & quae despici-  
despicere. Unde eximiē eximius Doct. Aug. (a) Sola  
adversus omnes errores via munitissima Christus, ut  
ipse sit Deus, & homo: quo itur Deus, quā uerba  
*Si uis salvāri, Christum studeas imitari.*

### 16. DIĒS DĒCĒMB.

In quo non est peccatum, ipse venit auferre pecc-  
atum. *S. August. tract. 4. in epist. Joan.*

Christus, I.  
peccati  
maximus  
osor.

**V**el suspicari in Christo ubi  
peccati, sacrilegii et  
peccatum. Quomodo pos-  
tuisset peccatum auferre, in  
quo prius fuisset auferendum? Verè igitur D. Petrus  
*Qui peccatum non fecit.* Qui potuisset committere  
peccatum, qui ardebat immenso odio peccati? Scie-  
bat obstrui viam ad cœlum solo peccato: ut igitur  
periret viam ad vitam, debuit abolere culpam. Et  
cū tantus sit osor peccati, nullam unquam relin-  
quit impunitum. Quia ut solerter D. Augustinus  
(b) *Deus nec justo, nec peccatori parcit, illum flag-  
lando, ut filium; illum puniendo, ut impium.* Imo, adeo  
invisum est Deo peccatum, ut ne quidem possit eis  
alteri auctor, ut peccet: quod tamen non potest  
committere, ad bonum aliquod inde eliciendum, lo-  
lum potest permittere. Hinc iterum D. Augustinus:  
(c) *Homo, & peccator, duo nomina sunt: in ipsis quart,*

*quid fecerit Deus: quare quid suaserit diabolus. Homo,*  
à Deo

(a) *De civit. l. 11. c. 2.* (b) *Contra Faust. l. 2. c. 12.*  
(c) *l. 50. Hom. 6.*

à Deo factus est : peccatum, suadente diabolo ab homine factum est. At Christus , qui non homines vitiis oppressos; sed ipsa vitia, neque peccatores , sed peccata oderat, voluit tollere peccatum , & redimere peccatorem. Voluit tamen tam grande malum, quale est peccatum, ut vel commiteret , vel omitteret, esse in potestate hominis, ac plena committendi, vel omitendi libertate. Hinc Augustinus . (a) Motus aver- sionis, quò fatemur esse peccatum; quoniam est volun- tarius, in nostra est positus potestate. Si enim times illum, oporet ut nolis: si autem nolis, non erit.

II. Nos membra Christi sumus : caveamus igi-  
tur, ne in pulcherrimo Corpore deformitatem effi-  
ciat unus artus corruptus & foedus. Quantum deve-  
nustaret sponsam formæ elegantissimæ putridus  
hasus, aut os itinane distortum , aut genæ vermibus  
scatentes , aut gibbus in tergore eminens: Cor-  
pus Christi non tantum est pulchrum , sed ipsa pul-  
chritudo. Membrum Christi immortalis est , ò ho-  
mo mortalis ! quanta igitur tibi habenda est cura, ut  
quantum patitur humana conditio , illius imiteris &  
immortalitatem , & incorruptionem, ne dissones il-  
lius puritati. Si veste tritâ , patnosâ , & ad speciem  
tidiculâ indueres effigiem alicujus Sancti , habereris  
non tantum impius, sed sacrilegus. Multò est indi-  
gnus, tam speciosum Christi Corpus, putido, & rani-  
cido, ac cadaveroso membro deformare : quod ip-  
sum agis, quoties , scelus committis. Sicuti in cœlo  
animæ nostræ , juxta ac corpora summa nitebunt  
puritate, & Deum laudabunt : sic & in hac vita &  
animæ & corporis summa illum debemus puritate  
colere;

(a) L. de l. arbit. c. 20.

1008      *Christiani Militis*      Decemb  
colere. Geminæ illæ, ex quibus homo conflatur, ho-  
minis partes, corpus, & anima, debent conspirari  
inter se fœdere pacisci, ut pariter contendant ad  
suam beatitudinem puritate; ne volupate aliqua  
pellectus, nimis indulgens parti tuæ mortali, te con-  
demnes ad mortem. Puritatem cœlestium Thro-  
norum debet æmulari corpus tuum, ut quemadmo-  
dum in illis residet Deus, ita in tuo corpore, quod  
est Templum Spiritus Sancti, ut sit vas in honorem

III. Cùm Christus pro immensis suis, quibus no-  
cumulavit beneficiis, jure à nobis exigat cordis no-  
stri amorem non modò summum, sed totum, nec  
quidquam magis repugnet huic amori, quàm peccatum;  
debemus plus odisse peccatum, quàm ipsum  
Tartarum, & malle per omnem æternitatem, om-  
nibus omnium dœmonum affligi cruciatibus,  
quàm uno momento contaminari minimo delicto,  
quo displiceamus Dilecto. Sed undè hauriemus  
tantum illum, quo peccatum horreamus, ne Deo  
displiceamus, amorem? Amor non alio indiget Ma-  
gistro, quàm seipso. Ipse sibi & Magister, & disci-  
lus est: docet, & discit. Docet amor esse amandum  
& amando discit, quomodo sit amandum. Ab amo-  
re instruimur ad amorein. Ut calleas amandi pre-  
cepta, non opus est, ullos consulas, qui vanas profi-  
tentur scientias, Præceptores. Frustrà te confera  
vel ad Stoam Chrysippi, vel ad porticum Zenonis,  
vel ad Academiam Platonis, vel ad Liceum Aristote-  
lis, ut recipias documento amoris. Tota illorum  
eruditio, est vanitatis tantùm professio. Sub illorum  
disciplina unum duntaxat disces amorem cœlestem  
dediscere. Juvenis quidam scientiarum cupidus,

Par.

cemb.  
tur, ho-  
spirann  
dant ad  
e aliquā  
te com-  
Thro-  
admo-  
, quod  
onorem  
ibus noi-  
ordis no-  
am, ne-  
ām pec-  
miplūm  
n, om-  
atibus,  
delicto,  
urierum  
ne Deo-  
iger Ma-  
discip-  
andum  
Ab amo-  
ndi pr-  
as prof-  
confera-  
Zenom  
Aristote-  
illorum  
illorum  
celestem  
ipidus,  
Pan-

decemb.

Tessera.

1009

cupidus, Parisios petiit; ingressus scholam, cùm sors Magister è suggestu, illa Christi explicaret verba: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Surgens, abituriebat, stupentibus omnibus, & verò scis- citante Magistro, quid hoc rei esset; quod eādem horā, quā scholam ingressus fuerat, desereret? repoluit: Sat, inquit, multa hodie didici, cùm illud, quod audivi, perfecero, reverar: & indè abdidit se in As- ceterium, ut illic amandi acciperet magisterium:  
*Solo ab Amore, Deum disces super omnia amare.*

### 17. DIES DECEMB.

Non errabis; quando ibis ad Christum per Chri-  
stum. *S. August. d. Epicur. & Stow. c. 8.*

Christus I.  
ut via.

**E**rrare in via ad vitam, est stren-  
nuè properare ad æternam pœ-  
nam. Peregrinaris in Dominos  
vide insistas viæ, quā tendis ad  
Dominum. Nemo novit viam cæli, nisi, qui per viam  
illam ambulavit. Nemo ascendit ad cœlum, nisi qui  
descendit de cœlo, Christus Jesus: & qui per illam  
viam, quam ille monstravit, incedit. Antequam  
Christus ad cætus hominum descendit, via cæli in-  
cognita erat omnibus hominibus: nullus enim fue-  
rat ingressus cœlum, nedum progressus per viam cœ-  
li. Ut illic alcenderemus, ne in viâ aberraremus à via,  
debuit ad nos descendere, qui est via. Non sic Chri-  
stus nobiscum egit, ut solent rustici: qui interrogati  
à peregrinis de via, viam vel digitum semel ostendunt,  
aut describendo diversa, per quæ transendum est,  
loca, & pagos, ipsi sine ulteriori cura securi domi-  
manent, & quieti ledent; ne amplius, ne errent via-  
Pars III.                    Sss                    rores,